

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XIII. Romana altius tollendi de Ottinis. De materia nunciationis novi  
operis adversus ædifidare volentem in suo, ejusque domus altius  
extollere, an id liceat, ubi luminibus scalarum vicini ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

# ROMANA

## ALTIUS TOLLENDI DE OTTINIS

PRO  
ANDREA OTTINO  
CVM  
N.

*Causus disputatus in Tribunalis Camerarij, & Adilium,  
incertus est exitus.*

De materia nunciationis novi operis adversus aedificare volentem in suo, ejusque domus altius extollere, an id liceat, ubi luminibus scalarum vicini officiatur; Et an in scalis aliquid peculiare in jure statuatur.

S V M M A R I V M.

1. *Q*ilibet potest aedificare in suo etiam scilicet lumini bus officiatur.
2. In facultativis non datur præscriptio. & solus lapsus temporis non operatur.
3. Quando lapsus temporis in hac materia operetur.
4. Dicitur hec materia reposta in arbitrio ludicu.
5. An aedificari posse, ubi officiatur luminibus scalarum.
6. Vel porius id intelligendum sit de luminibus scholarum.
7. Concluditur de Scholiu esse intelligendum.
8. Doctoribus deferendum non est, ubi eorum dictum non habet iuris vel rationis fundamentum.
9. De rationibus, ob quas dicendum est Cepolla sententia de Scholiu, non de scaliis.
10. De ratione, cur aedificari non potest, ita ut impediatur venitus area vicine.

## DISC. XIII.

**O**tto volenti domum suam depresso rem altius extollere, atque in quadam area novum aedificium ex integro construere, se opposuit vicinus eo sub praetextu, quod ejus dominus ac præsertim scalæ luminibus ita officeretur, unde introducta causa in consueto Tribunalis Camerarij & Adilium, iniustam, pro Otto scribens, dicebam vicini oppositionem ex vulgaris dispositione text, in l. altius, cum ibi communiter not. Cod. de servit. & aqua, adversus quam aliud ex parte oppositoris non adduciebatur nisi antiquissimi temporis lapsus, ex quo dicebatur resultare præscriptam servitatem altius non tollendi, sed levissimum erat fundamentum, quoties aliud extrinsecum servitutis adminiculum non accedit, quoniam ita esset destruere regulam textus recte fundatam in ratione facultatis, contra quam non datur præscriptio ad text. in l. qui luminibus ff. de servit. urb. præd. ubi Angel. num. 3. & ceteri apud Surd. cor. 127. Buratt. dec. 38. num. 3. & seq. Rojas deej. 460. late in Melieritana decursu aquarum 31 Ianuarij 1656. Melio, & in alijs, quia est propositio absoluta,

Omnia siquidem aedificia depresso rem, quæ altius elevanda sunt, ab ipsius ferè Orbis, vel particularis loci initio live supra memoriam in eo statu fuerunt, unde de facili antiquissimum ac immemorabile tempus est allegabile, ideoque si hoc solùm sufficeret, nunquam daretur causus regulæ, quæ magis de plano procedit, ubi mos regionis, qualitas aedificii è conspectu existentis, vel alia verisimilitudo non resint, juxta casum de quo in Ianuen. disc. 2, cum similibus, ita ut continuatio aedificii elevandi in antiquo depresso statu, tribui valeat possessoris inopis & inferiori conditioni, seu antiquæ consuetudini, quæ tantum luxum in habitando, ac adeò nobiliorem modernam structuram non induxerat.

Tunc autem, ut latius habetur in dicta Ianuen. disc. 2. tribuendum est servituti, cum præsumptionibus etiam & administriculis justificabili, quando conditio possessoris, mos regionis, qualitas aedificii existentis è conspectu, aliaque circumstantia inversimile redditum adeò longavam patientiam non utendi facultate, quatenus illa competiisset, quia nempe possessor idoneus, & qualitas loci tribueret sicut angustiam, ita ut verisimiliter ob majorem commoditatem vel lucrum in locando, situs negligi non soleant, ut videmus in Civitatibus Neapolis, & Ianue & aliis. Econverso autem conspicua qualitas aedificii è conspectu existentis, verisimilitudinem inducat, quod ita constructum non sit subeo periculo, ut ab alio vicino de facili obscurari, & ignobiliter valeat, ut sapienter experimur, quæ omnia ponderanda sunt prudentis judicis arbitrio, in quo totum hoc repositum esse videtur.

Difficultatem autem ab opponente non excitatam in præsenti controversia prævidebam, resulantem ex traditione Cepolla de servit. urb. præd. cap. 39. post num. 4. qui auctoritate Anton. de Buratt. quem allegat in l. fin. §. fin. C. de servit. dicit, aedificari non posse, ubi officiatur scalarum luminibus, atque Cepolla simpliciter relato idem dicunt Duenn. regula 33. in fin. Riminald. jun. conf. 421. num. 70. Sperell. dec. 55. num. 47. & seqq.

Verum in Cepolla libris adeò erroneam transcriptionem benè advertit Paseth. conf. 130. num. fin. 6 edito in eadem causa, de qua agit Riminald. jun. quia non scalarum sed scholarum dicere voluit; Et quamvis Riminald. loc. cit. hanc excitatam difficultatem respuat; Eo quia omnes Codices ita cantent, & cum Riminald. pertranseat Sperell. ubi supra; Omnidem tamen vera, & incontrovertibilis videatur Pasethi observatio, quia Cepolla patriciat illum casum alteri non tollendi ventum areæ pro segetibus triturandis, & de quo in d. l. §. fin. utpote fundato in ratione publicæ utilitatis & annonæ, quasi quod ubi publici favoris ratio accedit, huic cedere debeat privatum commodum, quæ ratio utique adaptabilis non est scalis domum privataram, quas nil publici favoris interest esse magis & minus luminosas, sed benè adaptatur scholis.

Major publicæ utilitatis ratio considerati potest in domum mansionibus, quæ in scalis, quia illas esse magis vel minus luminosas influunt ne dum ad oblectamentum & commoditatem, sed etiam ad salutem, pro qua tuenda expedit habitatione domus lucidas hybernus solem habentes, quia in mansionibus vivimus & somnum capimus, scalæ autem sunt pro simplici transitu momentaneo, unde dum habemus iura expresa permittentia elevationem propriæ domus, quamvis luminibus domus & mansionum vicini officiatur, non videtur quale

quale juris vel rationis fundamentum habere possit hæc traditio in scalis, unde quando etiam verè Cepolla de scalis loqui intellexisset, spernenda veniret ejus traditio, ut potè nec auctoritatis, nec probabilis rationis fundamentum habens, cum Doctores potestatem non habeant condendæ legis, & contra expressas juris determinationes loquendi; Si enim in ipsiusmet textibus habemus, quod ubi juris principiis vel rationibus eorum littera re pugnat, id tribuendum est mendosæ transcriptioni, multò magis ubi agitur de dictis Doctorum.

Quodque de Scholis, non autem de scalis iste auctor loqui voluerit, liquet primò à simili deducendo de facultate expellendi fabrum propè scholas malleantem; Secundò à ratione publici favoris, qui in Scholis bene viget, non autem in scalis ut supra; Tertiò quia idem auctor in eodem tract. de servit. urb. pred. cap. 54. particulariter & ex professo agit de scalis, earumque materia, & tamen ibi nec quidem verbum de hac limitatione, quæ tanquam res in materia notabilior ibidem omnino situanda vel repersenda erat.

Obseruandum item in materia dispositionem text. in d. l. fin. §. fin. circa ventum areæ uitituratio non impedendum, non fundari principaliter in ratione annonæ & publicæ utilitatibus, cuius nihil interest aream in uno vel altero loco constitutam esse: sed confundere in incongruitate ædificii, cum text. loquatur de areis existentibus in prædiis rusticis non autem in Civitate, & propè prædia urbanas, unde cum prædia rustica principaliter destinata sint ad agriculturam & fructuum collectionem non autem ad ædificia & habitationes, nisi quatenus colonorum necessitas vel commoditas exigat, idcirco permittenda non est ædificiorum inanis elevatio impeditiva agriculturæ ut potè quamdam speciem æmulationis habens, ut alii allegatis haberur collectum per Barbos. in collectan. ad eandem l. I. §. fin. Cod. de servit.

## ROMANA

## DE ASTE

PRO

EQUITE FRANCISCO DE ASTE

CVM

MARCHIONISSA VITELLESCA DE  
TASSISCasus resolutus per Tribunal Camerarij & Viarum  
pro Astio.

Vicino volente murum communem lateralem altius extollere suprà tectum vicini, & in parte eminentiori aperire fenestras vel alia facere ultra tignorum substantiationem, an vicinus nolens altius ejus domum tollere justè se opponat, & impedi re possit.

S V M M A R I V M .

1. *C*ausa controversie.
  2. *C*vicinus uti potest muro communis, illumque altius elevare ad solum usum destinatum, ita ut communis remaneat.
  3. Fallit in Urbe & quomodo.
  4. Et quando idem limitetur de jure communi.
  5. Defendunt est in hac materia coniuncti.
- Carin. de Luca de Servitutibus.*

## DISC. XIV.

**C**um Eques de Asti in antiqua ejus domo sita in via Cursus propè domum illorum de Vitelleschis, satis altum & sumptuosum ædificium construxisset, atque in parte adjacente prædictæ alteri domui veller murum communem juxta totius domus structuram altius elevare, & in parte supereminente fenestras aperire, aliasque commoditates facere, se opposuit Marchionissa prædicta, non quidem ut impedit elevacionem, sed ut murus cœcus remaneret, aptus etiam ulii ejus domus, quatenus eam altius extollere vellet, offerendo pro ejus parte contribuere in constructione, ut ita communis etiam in dicta parte eminentiori remaneret; Unde introducta causa in contueto Tribunal Camerarij & Viarum, Pro Astio scribens dicebam oppositionem inspecta juris communis dispositione non videri omnino incongruam, quinlibet probabile fundamentum habere, cum hujusmodi muri de natura destinati sint ad tigia utriusque domus subtinenda, ita ut vicini tanquam confoci ejus dominium & usum quilibet pro medietate sua domui adjacenti habeant illoque potianter, & consequenter permittenda non sunt fenestra vel ædificationes ad alium usum totum murum perforantes, cum ita communio cessaret, ac totus fieret ædificantis, ut magistrali ter firmat Bart. in l. quidam liberus f. de servit. urban. prædiorum, & sequuntur cæteri communiter, de quibus Vegg. cons. 53. num. 27. & sequen. & habetur etiam in Camerinen. hoc eodem titulo disc. 4.

Verum hanc difficultatem ex juris communis dispositione derivantem, cessare dicebam in Urbe ex jure municipali contento, tam in Statuto 107. quam Constitutione 22. Gregorij XIII. § secundo, 3 permittente vicinum uti posse quocumque muro communis ad quemcumque usum, qui vicini usum non impedit, soluta estimatione sua portionis, per quod jus municipale, correctum seu alteratum remanere jus commune firmatur in specie in voto Cameralis & Præfidiis viarum impress. inter decif. Rota decif. 257. par. 7. rec. à num. 73, usque ad finem, unde si hic murus supereminens fuisset antiquitus communis sumptu constructus, adhuc posset hic vicinus ex dicto jure municipali eo uti ad quoconque sibi bene visos usus vicino impeditum non præbentes, multò minus impediens erat illum suo sumptu elevare, eoque prout sibi videretur uti præservato tamen alterius præjudicio, ut scilicet usus esset temporaneus & donec domus vicini perseveraret in eo depressiori statu ac salvo jure illam extollendi, quo casu deberet ædificans fenestrarum clausuram pati, quod hic offerebat cum tunc omnis opponendi ratio cessaret.

Quinlibet ubi ædificare volens hujusmodi præservativam cautelam vicino offert, ita ut ejus futuro præjudicio consultum omnino remaneat, et iam in terminis juris communis probabiliter pro ædificare volente respondendum fore dicebam, cum prædicta doctrina Bart. cum qua cæteri per transiunt, pro unica ratione habeat futurum vicini præjudicium ne scilicet prætendere possit ita effectus Dominus muri in solidum, unde vicino ædificare volenti communem usum impedit, ut constat ex eodem Vegg. dict. cons. 53. num. 27. Quando autem hæc ratio cessat, oppositio remanet æmulatoria, proindeque rejicienda ex regula, ut quod uni non nocet, & alteri prædestinatur, denegandum non sit; Et quemadmodum æmulationis

C 2 præsum-